

## Petri hys. Folio cxiiii.

Incipit tractatus syncategorematum Petri hyspani.

### De eo qd res est

vel non est oratio vera vel falsa dicitur. sed a dictionibus syncategorematicis. ut cum solus. nisi. propter. et sic de alijs causatur veritas vel falsitas in oratione. Sed dictiones syncategorematicae significant res aliquas. sed non significant res subijcibiles vel predicabiles. ergo significant dispoes res. que sunt dispoes res subijcibilium vel predicabilium.

**S**ed nihil est in oratione vera vel falsa nisi subiectum et predicatum et eorum dispoes. non tamen significant dispoes eius quod est subiectum vel est quod est predicatum. sicut sunt albus. niger. tene. male. et similia. sed significant dispoem subiecti in quantum subiectum. vel predicati in quantum predicatum. Et dicitur syncategorema a syn quod est con. et categorema quod est subiectum vel predicatum quasi significatiuum. Et de istis in isto tractatu dicendum est. et primo de poribus. Et quia huiusmodi dispoes difficultatem dicunt in orationibus propter naturam negationis que in eis intelligitur. ut patet per eorum expoes. ideo primo dicendum est de negatione. Sed quia secundum Aristotem. in omni negatione intelligitur affirmatio. eo quod negatio non habet cognosci nisi per affirmatorem. neque priuatio nisi per habitum.

Sequitur de affirmatione et negatione et multiplici oppositione

**U**nde ad habendum plenum intellectum negationis primo videndum est de affirmatione. Et quia affirmatio consistit in compositione affirmatiua et penes diuersitatem compositionis negatio sibi opposita diuersificatur. ideo primo considerandum est de compositione. Unde compositio est compositio unio ex proportionem actus et potentie pueniens. In omni enim compositione requiritur actus et potentia. et cum hoc unio illorum ad inuicem que fit per inclinationem actus ad potentiam. Compositionum autem quedam est realis et quedam rationis. Compositio realis est cuius extrema sunt ab inuicem distincta. Et ista est quadruplex. quedam est compositio partium integralium. ut partium lignee ad inuicem. Quedam est compositio partium essentialium. ut forme et materie. Alia est compositio partium potestatiuarum. ut est compositio partium anime ad inuicem. vel cum anime. Alia est compositio accidentis cum subiecto. ut albedinis cum pariete. Compositio rationis est. cuius extrema sunt sola ratione distincta. siue sint realia siue non. ut est compositio quantitatatis cum substantia in nomine vel generis et differentie in specie. Compositio numerum secundum rationem quedam significatur in dictione. quedam autem in oratione. Illa vero que est in dictione est compositio modorum significandi essentialium et accidentalium octo partium orationis. de quibus ad longum tractare pertinet ad grammaticum. Sed in proposito tamen dicemus de compositione modorum significandi nominis verbi et participii. per quorum negationem potest fieri terminus infinitus. et de compositione orationis per se facte per cuius negationem fit oratio negatiua. In nomine autem est compositio quantitatatis cum substantia. quia nomen debet significare substantiam cum qualitate. et non debet intelligi quod significet veram substantiam. quia tunc nulla esset nomina

v l.